



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Caesari  
Avg. in Comicijs Augustæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Augsburg, 1535**

**VD16 C 4710**

Erratum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34184**

DE POTESTATE ECCLE.

libet nobis hic quidquam pro magnitudine rerum exaggerare; ne quis delectari nos ista commemoratione putet, quam extorse  
runt nobis inuitis scriptores confutationis. Nam hæc causa non  
ex hominum moribus, aut ex fortuna, sed ex uerbo Dei iudicari  
debet, quod utinam adhiberent in consilium omnes, qui de his  
controversijs pronunciant. Iterum autem hic dicendum est, quod  
sæpe iam diximus. Nos maxime cupidi sumus publicè cōcordie,  
pacisqz, quam certe Christianos maxime inter se colere decet. De  
inde inuiti dissentimus ab optimo Imperatore, quem non solum  
propter Imperij fastigium, sed etiam propter uirtutes uere heroï-  
cas, quibus cognouimus eum prædictum esse ueneramur, sed ad-  
uersarij non paciuntur coire cōcordiam nisi hac lege, ut nos assen-  
tiamur condemnantibus manifestam ueritatem Euangelij, &  
Ecclesiæ necessariam. Id facere nō possumus. Oportet enim deo  
magis obedire, quā hominibus. Quare aduersarij rationē Schis-  
matis reddituri sunt Deo, qui Ecclesias noua & inusitata seuitia  
dissipant. Neqz dubium est, quin hæc seuitia mutationē aliquam  
rebus publicis allatura sit. Hæc pro tempore respondimus ad cō-  
futationem, ac iudicium pījs omnibus permittimus, utra pars re-  
cte sentiat. Et offerimus nos, nostram sententiam de singulis lo-  
cis, Siquid alicubi desiderabitur, copiosius declaratuos esse,

Erratum.

E.4.fa.2.pro orationes lege ordinationes.

Excidebatur Augustæ Anno.  
M. D. XXXV.